

ampliorem ipsimet pro Circumstantiis postulant, quo Casu Judex in hujus concessione aut denegatione præcedentibus Ordinationibus se accommodare debeat.

C A P U T IV.*De Litis Denunciatione, et Evictione.***§. 61.**

Qui Jus habere credit quempiam, puta Venditorem in Casu, quo in fundo pro liberò sibi vendito aliis quis servitutem subinde prætendat, eo adstringendi, ut contra tertium, & quidem in Casu prænarrato contra servitutem prætendentem Litem moveat, ac prosecutatur; Is hanc Litem eidem, antequam Libellus Actionalis contra tertium porrigatur, denunciare debet, secus Litem a semetipso inchoatam is, cui Lis denunciari poterat, in se suscipere amplius non tenebitur.

§. 62.

§. 62.

Si is, cui Lis denunciata fuerit, in Litem suscipiendam sponte consentiat, vel per Judicem ad id adstringatur, in Arbitrio denunciantis esto, utrum Litem cum illo communī Consilio peragere, an vero in eundem totum litigandi Onus, quin ipsem interveniat, transferre velit; in posteriori tamen Casu omnia Documenta, seu adminicula, quæ posse fideat, Litem suscipienti erga Apocham tradere tenetur.

§. 63.

Eodem modo, qui Jus habere crederet, tertium, ut Evictorem in Litem evocandi, id in regula ante lapsum dimidii termini, pro responsione sibi adsignati, in Causis vero §. 2. exceptis saltem ante duplicam, in quæstione Actoratus porrigendam faciet, secus provocatus Evictionem in se suscipere non tenebitur.

§. 64.

Facta ad Evictorem provocatione pro hoc evocando Terminus idem, qui ipsi Reo præstitu-

stitutus erat, concedendus est, hic autem si aut se Evictione non teneri, vel super evictorem habere censuerit, id ipsum Judicio intra dimidium Termini, pro responsione sibi adsignati, indicare tenebitur.

§. 65.

Controversia super quæstione, num Evictione præstanta sit, vel minus seorsim inter Evictorem, & evincendum extricanda est, principalis vero Causa interea, ea tamen duntaxat Conditione, in suspenso relinquatur, si Reus ad Evictorem provocans desiderante Actore, legitimare poterit, semet negotium Evictionis debite prosequi, atque ita si pars adversa quæstionem Evictionis morose tractari adverteret, illius determinationem, vel pro re nata principalis etiam Causæ prosecutionem petere poterit, ac Judex etiam determinare debet.

§. 66.

Superata Evictionis Quæstione, in Causa principali primus Terminus pro porrígenda

Re-

Responſione, vel in Causis §. 2. exceptis dupli-
ca a die insinuatæ ſententiæ computandus to-
tus decurrito.

§. 67.

Quod de Evictione statutum eſt, idem &
de ulteriori Evictione per Eviictorem nefors
provocata, ſive de ſuperevictione intelligen-
dum eſt.

§. 68.

Si ex Decisione Controversiæ ſuper Evi-
ctione appareat, eandem temere, ac ſolum-
modo Litis remorandæ Cauſa interpoſitam
fuifle, Jus eſto adverſario in Cauſa Principali
Indemnitatem ſuam ob dama, e protractione
Cauſæ ſibi enata, poſtulare.

C A P U T V.

De Reconventione.

§. 69.

R̄eus Conventus, ſi juſtam Cauſam Actorem
extraneum reconveniendi habere credat,

Re-